

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. III. Alia quædam ad Angelorum notitia[m] spectatia[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

buerint, quam in secundo, in secundo quam tertio, & sic deinceps, & hoc pacto, quo quis in dignitate est excellentior, ita & in gratia alios excedat.

V.
obj. hinc sequi, vel in altioribus choris esse aliquos Angelos in minore gratia & gloria perfectione, quam in inferioribus, vel potius merita mutasse locum, & quosdam ex inferiore ordine ascendiisse ad superiore, alios ex superiori ad inferiorem descendisse. Sequela probatur: ut enim inter homines, ita & inter Angelos contingere potuit, ut qui majorem primo creationis instanti gratiam acceperat, minus intensem, qui minorem, fortius majorique contentione illi responderit, sicutque multo plus gratia per merita reperitur, & hoc pacto nonnullos in gratia, & consequenter in gloria supereret, qui in altiori choro existebant.

VI.
Angelii, quod alterius sunt in choro, sed magis in gratia excellunt.
Respondetur neutrum sequi: in primis enim dici posset, Deum per Scientiam conditionata videntem quinam intensius cum gratia effent cooperaturi, eos in primo choro seu ordine collocasse. Deinde dicunt multi Angelos, quo gradu unus alium in primâ gratia superabat, eodem superate in meritis & gloria; eos vero, qui in gratia erant aequales, aequaliter ei cooperatos esse, sicutque in meritis, & gloria esse similiter inter se aequales.

VII.
Dissimus supremus in merito superioris supremi infini.
Tertio dico, quamvis non videatur credibile, quin inter tot Angelorum millia, maxima fuerit in merendo, & gratia cooperando diversitas, immo & quin nonnulli in meritis, & consequenter in gloria, quosdam superent, quibus in via, quoad primam gratiam sine meritis collatam, erant aequales, aut etiam fortasse inferiores: verisimilius tamen est, hanc mutationem & excessum, quamvis in omnibus forte choris, inter quosdam qui illius chori erant, contigerit, nihilominus chori ejusdem limites non excessisse, ita nimur ut Angelus chori inferioris Angelum superioris chori in meritis, gratia, & gloria superaverit, sed infinitus supremi in merendo, & consequenter in gratia & gloria superavit supremum infinitum. Addo denique, licet nonnulli Angelii ex choro inferiore intensius in via operati sint, quam Angelii quidam chori superioris, & fortius gratia responderint, meritaque habuerint majora, tantus tamen fuit in primâ collatione, gratia in Angelis chori superioris excessus, ut aliorum merita quamvis horum merita majora, eminentem nihilominus eorum gradum gratia non attigerint. Hac de Sanctis Angelis, nunc de reprobis agendum.

VIII.
Lucifer, malum Angelum Angelorum caput.
Quoad dæmones, indubitatum apud omnes est, eos caput aliquod, seu principem habere, cumque esse Beelzebub, seu Luciferum; haec enim & Theologorum ferme omnium est sententia, & communis fuisse videtur Iudaorum opinio, dum, ut habetur Matthei 12. v. 24. de Christo dicebant, *Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Immò Christus ipse hanc inter dæmones subordinationem, & unius in reliquo principatum agnosceret videtur verbis immediate frequentibus: *Quomodo stabit regnum ejus.*

IX.
Sime Lucifer auctoratum dæmonum naturam principes, & superior.
Quares, utrum hic principatus Luciferus ex sola majori perfectione naturali conveniat, utpote dæmonum, immo Angelorum omnium, ut diximus, in natura supremo. Affirmat S. Thomas: alii tamen negant; tum quia inter homines videamus, non eos semper, qui ingenio, aliisque naturæ dotibus exteris antecellunt reliquis præfici,

sicutque cum auctoritate præesse: saltem hoc ipsi à natura non debetur. Immò celum, res inanima, multisque gradibus homine, leone, ac ceteris animantibus, immo plantis etiam & arboribus, ut multi putant, inferius, in his tamen omnibus suum habet influxum. Deinde quivis Angelus inferior efficit Angeli perfectioris subditus, sicutque infinitus Angelus tot dominos haberet, quot Angelos se perfectiores.

Xi.
Aliunt ergo dæmones reliquos, communis consensu in Luciferi electionem conspirasse, eumque sibi præfecisse, tum quia omnium erat natura præstantissimus, tum ex odio Dei, utpote qui cum plus ceteris offendebat, aliosque ad illum offendendum induxerat, tum etiam ex malevolentia & invidiâ erga homines, cuius nimur industria & artibus, & per se, & ministros a se constitutos, homines in gravissimas Dei offendentes, acerbissimosque tandem inferni cruciatus petratum iri sperabant.

X.
An Luciferi in principem electionem dæmones omnes con- spirarunt.
Sicut autem Lucifer dæmonum omnium caput est & princeps, ita & in inferioribus etiam dæmonibus ordo quidam est, & prælatio, ut docet S. Thomas i. p. q. 109. art. 1. & 2. Lucifer quippe ut superbe Deum imitetur, sicut Deus Sanctos Angelos in tres Hierarchias, & novem choris ad rectam mundi administrationem, hominumque salutem procurandam dividit, ita nefandam illam dæmonum catervam in varias classes ac series distribuit, ut humano generi, qua possint ratione, documentum inferat. Nec singulis tantum hominibus singulos malignos spiritus designat, qui eos assidue impugnat, sed regnis etiam omnibus ac provinciis dæmonem aliquem præficit, qui miferos mortales quoquo modo ad sceleris pelliciat: ad quem insuper finem unicuique virtutum unum ex nefaria illa turba ascribit, ut omni data occasione homines ad illud per summum scelus instiget. Ad quam rem appositè S. Hieronymus, *Canticorum*, inquit, *dæmonum, qui in hoc saculo debachantur, caput est Beelzebub, princeps dæmonorum, & singulorum turma habent capita, & principes suos, verbi gratia spiritus fornicationum habet præpositum suum,* &c. Quo fortasse sensu ab Apostolo ad Ephes. 6. v. 12. vocantur *rectores tenebrarum harum.*

XI.
Inter inferiorum etiam dæmones ordo quidam est, & prælatio.

Omni quo potest modo dæmon humano generis officere co- natur.

SECTIO TERTIA.

Alia quedam ad Angelorum notitiam pertinentia.

Quæres primò, utrum ex singulis Angelorum choris, seu ordinibus aliqui mittantur. Mitti Angelum est cum de loco ad locum Dei iussu migrare. Missio hæc est duplex, visibilis & invisibilis: illa tunc contingit, cum Angelus in loco, ad quem mittitur, signum aliquod explex, visibiliter edit, quo eus praesentia innotescit. Missio ita & invisi- bilitatis est, quando mutat quidem locum, sed sibila, nullum hujusmodi signum exhibet.

Nonnullorum ergo opino est, non ex omnibus choribus, sed quatuor tantum vel quinque ultimis. Afferunt Angelos mitti, reliquos autem choris columnas in superioribus inde assistere. Hac videtur mens S. Thomæ huc, *c. 112. art. 2.* quem sequuntur Thomistæ. Idem ris Angelos docet S. Bonaventura in 1. dist. 10. Granado mitti, tract. 16. Disp. 4. num. 7. ob Sancti Dionysii, & S. Gregorii auctoritatem. Vnde huc, Disp. 244. cap. 2. quem sequitur Arriaga disp. 21. sect. 4. fine, ait rem hanc esse dubiam.

I.
Quid sit An- gelum mitti.

Missio du- ple, visibili-

Sacris

TOMVS L. 368 Disp. LXXXII. Varia ad Angelos spectantia. Sect. III.

III. *Ex superioribus etiam chorus interdum aliqui ministriuntur.* Sacris tamen Literis conformius mihi videtur, quod affirmat Scotus, Durandus, Gabriel in 2. dist. 10. Valentia Disp. 8. quest. 6. punct. 2. Salmeron in Epist. ad Hebreos, & alii, supremos scilicet Angelos, quamvis non ordinarii, interministruntur.

IV. *Testatur Scriptura, etiam superiores Angelos, aliquando ad homines mitti.* Probatur primò ex illo Isaiae 6. vers. 6. ubi ait Propheta, *Volarebat ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, & tetigit os meum, &c.* secundò Ezechielis 10. dicit Propheta vidisse se quatuor animalia, eaque ut insinuat iuxta terram, hæc autem animalia vocat Cherubin; ergo aliqui etiam ex supremis Angelorum chorus ad homines mittuntur. Tertio, Daniel cap. 10. v. 13. ait: *Michaël, unus de principibus primis venit in adjutorium meum.* Ejusdem etiam S. Michaelis ad homines adventum, & apparitionem in monte Gargano Ecclesia celebrat octava Maii. Sanctus etiam Raphaël, qui se unum testatus est esse ex septem qui astant ante Deum, quod denotat eum esse unum è septem primis, missus est ad Tobiam.

V. *Angeli omnes sunt ad ministratorum Spiritus.* Hæc certè probare videntur, supremos etiam Angelos, quamvis non ordinarii (qua de causa vocantur assistentes, non ministrantes) subinde tamen à Deo ad nos mitti. Hoc ulterius probat locus ille Apostoli ad Hebreos 1. v. 14. ubi universim de Angelis dicit, *Nonne omnes sunt administratori Spiritus, in ministerium missi, &c.* Angelum etiam, qui Lucæ 22. v. 43. missus dicitur ad confortandum Christum, par est credere huius ex præcipuis: quod etiam de S. Gabriele ad Virginem misso jure quis affirmaverit. Scio varias ad hæc & alia Scripture loca adhiberi explicationes; nulla tamen est, que suam non habeat difficultatem: sicutque hæc sacrarum Literarum testimonia plus huic sententiae afferunt ponderis, quam auctoritas S. Dionysii & S. Gregorii afferit contraria, præsertim cum huic etiam sententiae non desit Sanctorum Patrum auctoritas, maximè S. Athanasii, qui Serm. 3. contra Arrianos eam exprefse tradit. Imò nonnulli existimant S. Dionylium & S. Gregorium nihil certi hac in re statuisse.

VI. *Angelis inferiores à superioribus illuminantur.* Secundò hic quæsi solet circa Angelorum illuminationem. Quia in re constans est sanctorum Patrum & Theologorum sententia, Angelos inferiores à superioribus illuminari, variarumque ab iis veritatem notitiam accipere, Deo, ut ait S. Dionysius, ita disponente, ut infima per media, media per summa regantur, & administrantur. Hæc autem illuminatio fit per locutionem, supra Disp. 73. explicatam, sive id per characterum efformationem fiat, sive per actum intellectus aut voluntatis ad alterum directum. Hoc, inquam, modo Angelus superior veritatem aliquam inferiori proponit, eumque magistri instar erudit & instruit, hancque ab eo ignorantiam depellendo, intellectum ejus, ut dici solet, purgat, & perficit. Nec quidquam hic difficultatis occurrit,

quod in tractatu de locutione Angelicâ non est solutum.

Dices, hinc sequi, si Angelus inferior aliiquid de futuris, vel secretis cordis superiori manifestet, *Primum ag. gelosus inferior illuminator illuminare.* Nonnulli concedunt consequian. Cum tamen plerumque negari soleat Angelum inferiorem posse illuminare superiori, dici potest illuminationem non esse cuiuscumque rei ignota manifestationem, sed vel mysterii alii, aut veritatis supernaturalis, vel rei ad ministerium recte obeundum pertinentis, cum illuminatione ad illuminatum dirigendum ordinetur: & in hoc illuminatio differt à simplici locutione: vel, ut verius dicam, illuminatio est de talibus rebus locutio.

Circa illuminationem hominum, quo scilicet pauci contingat, res est explicata haud paulò difficultior. Pro cuius intelligentia notandum, illuminationem, duplum esse, visibilem & invisibilē: visibilis tunc contingit, quando Angelus homini, corporali specie apparet verbis eum aut signis instruit, vel, etiam si non appareat, voces tamen quasdam aut signa in aere efformat, per quæ rem ei aliquam manifestat.

Invisibilis autem hominis illuminatio est, quando nullo signo visibili effecto, Angelus custos exempli gratiæ, eum qui illius tutela committitur, ad varios virtutum actus excitat: quo etiam modo Angeli in formis sine ullo corpore astumpto hominibus apparent. Quod de boni Angeli apparitione dicimus, & excitatione ad res pias atque honestas, idem de apparitione damonum descendunt, & instigatione ad malum.

Quæstionis hujus resolutio ad difficultatem tandem philosophicam devolvitur, quo paœ sci. licet excitentur species. Dico itaque, nec bonum Angelum, nec malum, in intellectum immediatè aut spirituales species agere posse, sed quicquid in hoc genere faciunt, faciunt medietate, humorem scilicet aliquem, in humano corpore existentem movendo, qui cum una specie phantasmatis, Specie phantasmati cujus omnes species sunt materiales, majorem tamen extensionem & sympathiam habeat, quam cum etiam extensio, & hoc modo speciem illam excitat, hæc autem excitata excitatur intellectus, in intellectu respondentem, intellectus vero motus movet voluntatem.

Hoc etiam modo hominibus dormientibus nunc hoc objectum occurrit, nunc illud, juxta diversam corporis dispositionem: humor quippe aliqui uni alicui phantasmati speciei, quicum peculiarem habet sympathiam, applicatus illam excitat, illa vero deinde aliam & aliam longa serie speciem excitat, & caput variis fatigat insomnia. Varia hic à nonnullis inquiruntur de motu Angelico: de hoc tamen fusè dictum est supra, Disp. 73: per totam, quod lectorum remitto.

Materiæ de Angelis, totiusque primæ partis, finis.

DISPV-